

1228.

[m. 1.]

ad etatem ipsius, ad maritandum unam de sororibus suis. In cujus etc. Teste ut supra.

.—Rex E. Londoniensi episcopo, salutem. Per has literas nostras patentes publice protestamur et promittimus bona fide, quod si vos vel ecclesia vestra aliquod dampnum temporale, quod absit, sustinuerit, pro eo quod denunciav[eritis] L. principem Norwallie et complices suos incidisse in sententiam excommunicationis latam quondam in eum auctoritate ecclesie per archiepiscopum Cantuariensem et suffraganeos suos, propter occupationem castri de Kinardesle et aliarum terrarum [hominum nostro]rum in Marchia, et propter turbationem regni nostri; a qua quidem postmodum meruit absolvi, prestito juramento de satisfaciendo iudicio ecclesie super detentione predictarum terrarum et castri et aliis injuriis [hominibus] nostris illatis, de quibus nondum satisfecit; nos vobis et ecclesie vestre ad plenum de predicto dampno satisfaciamus. Teste me ipso, apud Muntgomery, xx die Septembris.

[Rex domi]no pape, salutem et debitam tanto patri reverentiam. Cum juxta ordinationem vestram, translato nuper R. quondam Sarresburiensi episcopo ad episcopatum Dunholmensem, vacaret sedes Sarresburiensis, petita a nobis per decanum et capitulum, sicut mos est ecclesiarum cathedralium vacantium in regno nostro, et optenta gratanter eligendi licentia, tandem unanimi assensu in pastorem sibi elegerunt Magistrum Robertum de Bingham, vir[um, ut in]telligimus providum et discretum, literatum et alias regimini ecclesie sue Sarresburiensi satis idoneum. Quem cum nobis presentassent, electioni ipsius assensum regium prebuimus et favorem. Quia vero, vacan[te archiepiscopatu C]antuariensi, ad vos immediate spectat ejusdem electi confirmatio, hoc sancte paternitati vestre duximus significandum, rogantes quatinus quod vestrum est in hac parte circa electum episcopum fav Teste me ipso, apud Vallem de Kerry, xxv die Septembris, anno etc. xij.

[Re]x omnibus tenentibus de terra de Eleveyn, salutem. Sciatis quod cum per testimonium proborum virorum et fidedignorum, didicerimus quod Willelmus de Braosa, avus dilecti et fidelis nostri Willelmi de B[raosa], terra de Eleven ut de jure suo et hereditate; et postea Egidius quondam Herefordensis episcopus. Successive vero Reginaldus de Braosa, pater predicti Willelmi, cujus heres ipse [est] per L. principem Norwallie [et] Boghan vi et injuste fuerat inde spoliatus; ad supplicationem predicti Willelmi terram predictam de El[eveyn] terram de Eleveyn tamquam domino vestro intendentes s[itis et respondentes].

[Rex omnibus ad quos etc. salutem. Sciatis] nos inspexisse concessionem quam dilectus et fidelis noster Philippus et dilectionem in Domino. Noveritis universi